



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De sacerdote, qui pro illusionem nocturnam psalmum in confessione iniunctum negligens, in locis genitalibus punitus est, cap. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

immisitq; Dominus menti eius, quem eadem hora factis diligenter inuocauerat, quod contra imminens periculum confessio summum foret remedium. Et diuertens a domino, quasi ad satisfaciendum naturam, venit ad rusticum, confessus est peccatum, suscepit poenitentiam. Statim reuersus ad militem, sed tali opere nihil suspicantem, simul venerunt ad daemone: qui cum seruum adulterum, imò de adulterio iam iustificatum, diligenter intuitus fuisset, ait miles: Dic si aliquid nouisti de illo. Respondit daemon: Multa de eo noui, quae nunc ignoro. Sicque per virtutem confessionis liberatus est seruus a morte, & dominus a suspitione. Vides quantum valeat vera confessio? APOLLONIVS: Quae vera confessio? CAESARIUS: In qua firmum propositum est satisfaciendi. APOLLONIVS: Quid si ipsa satisfactio iniuncta negligitur? CAESARIUS: Si ipsa negligentia non fuerit ex infirmitate, siue ex necessitate, sed iniuncta poenitentia, ut saepe contingit, paruipeditur & contemnitur, peccatum iam dimissum reuertitur: etiamsi peccatum fuerit veniale, & poenitentia per obliuionem negligatur, non dico quod poena illius peccati per illam obliuionem deleatur.

## CAPVT IV.

*Satisfactio iniuncta in Confessione non negligenda*

SACERDOS quidam in domo nostra, sicut ab eius ore audiui, die quadam confessionem fecit de illusione nocturna; iniunctus est ei psalmus vnus pro satisfactione; quem cum per obliuionem negligeret, eadem die, circa loca genitalia tantum coepit prurimum & ardorem sentire, ac si carni eius ardentes viticae essent appositae: qui quidem territus, cum tactu exploraret quid esset, & nihil ibidem inueniret, recordatus est psalmi iniuncti & neglecti, imputansque immissam poenam eidem transgressioni, psalmum dixit, & dolor conquieuit. Confitens fugere debet obliuionem. Audi aliud exemplum.

## CAPVT V.

CANONICVS quidam in Steyuueli ordinis Praemonstratensis, sicut mihi retulit Canonicus quidam Monasteriensis, valde laudabilis vita fuit,